Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Candor enim lucis eterne. et speculum sine ma
cula dei maiestatis et ymago bonitatis illius.
Et cum sit una omnia potest. et permanens in se
omnia innouat. et per nationes in animas sanctas
se transferit. amicos dei et prophetas constituit.
Neminem enim diligit ds. nisi eum qui cum sapien
tia inhabitat. Hec enim speciosior est sole. et
super omnem stellarum dispositionem luci compara
ta inuenitur prior. Illi enim succedit nox. sapi
entiam autem non uincit malicia. Marc s.
In illo t. Cepit petrus dicere ad ihm. ec
ce nos dimisimus omnia. et secuti sumus te.
Respondens ihc ait. Amen dico uobis. quia
nemo est qui reliquerit domum. aut fratres. aut
sorores. aut patrem. aut matrem. aut filios. aut
agros propter nomen meum. aut propter euangelium. qui
non accipiat centies tantum nunc in tempore
hoc domos et fratres. et sorores. et patres. et filios.
et agros cum persecutionibus. et in seculo futuro
uitam eternam. Margarete v. Sapie.
Ab initio ante secula creata sum. et usque